

2291

C O D I C E S

2292

DCVII.

- ¹³⁷ Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 220. f. nitide scriptus, rubroque distinctus hoc gaudet titulo: *Incipit tractatus de septem Vicijs capitalibus Et primo de peccato lingue.* Sed fallit hic promissor; Tractatus enim de Peccato Linguae omnium ultimus est, ut mox adparet; nam sequitur: *Tractatus iste continet nouem partes. Prima pars continet de bijs. que valent ad detestationem vicij in communi. Secunda pars continet de vitio gule. Tertia pars continet de vitio luxurie. Quarta de auaritia. Quinta de accidia. Sexta de superbia. Septima de inuidia. Octaua de ira. Nona de peccato lingue.* Succedunt Summaria Capitum, et initium Operis: *Incipit tractatus moralis de 7 vicijs capitalibus Et primo de gule. Dicitur de singulis vicijs cum opportunitas se offert &c. Extrema: ultimo ad commendationem silentij potest valere illud sapientis Locutum esse aliquando penituit tacere nunquam &c. Explicat summa de vicijs et modis qua-*

Sit simplex. humilis. confessio pura. fidelis &c.

Ita sequuntur XXIV. Genera hominum, qui falsificant fidem. VII. que disponunt hominem ad suspensionem spiritus sancti. X. Modi, quibus committitur Luxuria. IX. pene inferni. VII. vices detractionis &c. Atque omnia haec in *Tabellas* disposita, Praedicatoribusque illius aevi, qui dicenda

liter possint et debeant caueri et uitari. Licet Codices mf. utilis hujus Operis plerumque ἀδεσποροι sint, certum tamen est, pertinere illud ad *Guilelmum* seu *Wilhelmum Peraldum*, alias de *Peyrauta*, de *Peraut*, de *Petralt* Gallum Ord. Praed. qui Sec. XIII. etiam *Summam de Virtutibus* reliquit. Utraque Summa primis ab inventa Typographia annis saepius impressa titulum *Episcopi Lugdunensis Guilelmo* defert, quem tamen illi negat *Quetifus Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 132.* Confer *Codd. praecedd.*

DCVIII.

Codex chartaceus lat. Sec. ²⁹⁵ XV. Folior. 51. f. Doctrinam variam de *Virtutibus*, *Vitiis* et *Officiis* Homini christiani, aut Religiosi συνοπτικως ad certos numeros redactam complectitur. Initium est: *Nota de qualitate confessionis. Qualis autem debeat esse confessio a Magistris in bijs uersibus continetur.*

minutatim partiebantur, peropportuna, hodie nullius usus.

DCIX.

Codex membraneus lat. Sec. ⁷⁴³ XI. Folior. 103. 8. luculente quamvis non una manu perscriptus complectitur: I. *Hincmari* celebris

celebris *Remorum* Archiepiscopi, qui annum 882. supremum habuit, *Epistolam* sive Tractatum XII. Capitibus constantem ad *Carolus Calvum* Regem, in edit. *Opp.* a *Jac. Sirmondo Parisiis* 1645. f. procurata T. II. p. 29. inscriptum: *de cavendis Vitiis et Virtutibus exercendis*. In Codice vero ita inscribitur et orditur: *Domno Karolo Regi Glorioso. hincmarus nomine. non merito remorum episcopus. ac plebis dei famulus. mitto vobis sicut iussistis epistolam beati gregorii. ad regardum regem wisigothorum &c.* Haec porro *Epistola*, quae inter *Gregorianas* L. VII. n. 126. est, Nostroque opportunitatem praebuit *Carolo* omnia christiani Homini officia utiliter explicandi, in edit. *cit.* Caput II. constituit; *Codex* vero absque ulla divisione decurrit usque ad Perorationem: *Hec Rex Clarissime Atque karissime &c.* quae sola novum versum inchoat. Illud singulare, post ultima C. I. verba, atque adeo ante *Gregorii* *Epistolam* fol. 8. p. 2. intrusas esse a Librario Lineas 11. de variis, quae numero ternario definiuntur. Ita: *Tria sunt que ducunt hominem ad regna caelestia &c.* Ceterum lectio *Codicis* proba est. *Fol. 1.* p. 2. *eoque bonum desiderium pro ea quae bonum desiderium, Fol. 2. sed per misericordiae opera exaltat pro sed misericordiae opera exaltant, reperio.* Ultima cum edit. consonant. De Autoris Actis et Scriptis post alios tractat *Historia lit. Fran. Denis Codd. Theol. V. I. P. II.*

ciae T. V. a pag. 544. et nos aliud *Epistolae* praesentis exemplum dedimus *Cod.* seq.

II. fol. 100. accedunt *Preces* quaedam ad *Jesum Christum, Deum, et B. V. Mariam*; duae item *Sequentiae*, quarum prior incipit: *Pater da per verbum nobis septiformem spiritum &c.* notatis a latere *Scripturae* locis, ad quae alluditur; alterius argumentum est *Mors Christi in Cruce*, et initium: *Magnificent confessio atque pulchritudo Magni regis novam in cruce victoriam &c.* Utraque videtur insignis vetustatis.

III. fol. ult. ab alia manu adscripti sunt *Canones* sive *Capitula ex Decretis Kalisti II. pape* numero quatuor, nempe de *Simonia, Investituris, Possessionibus ecclesiasticis et de Dignitatibus, beneficiisque*, qui ad *Concilium Remense* a. 1119. celebratum pertinent, et leguntur T. XII. *Collect. Labb. Concill.* edit. *Venet. col.* 1291.

DCX.

Codex membraneus lat. Sec. 383 XII. Folior. 105. 4. eleganter scriptus et rubricis distinctus continet: I. *Epistolam Hincmari Remorum Episcopi ad karolum Regem*. Est hic *Carolus* cognomine *Calvus*, quo favente Scriptor noster Seculo IX. celeberrimus e *Coenobio S. Dionysii* ad insulas *Rhemenses* evectus est a. 845. easque gessit usque ad an. mortis 882. In editione *Opp.* ejus, quam